



**M**arius ob eruditionem & uitę integritatem quartus Auenticorum Episcopus electus est, anno Christi 581. Itaq; in Concilio Matisconensi præsens interfuit, atq; cū alijs subscripsit. Cum aut̄ s intelligeret Losannensem tractum ad lacū Lemannū respicientem multò cōmodiorem et amce niorē, suam Ecclesiā eō trāstulit, atq; se Losannensem Episcopū dixit. Hinc factū, ut paulatim urbs illa circa Ecclesiā cœperit, & incrementa sumpergit. Aedificauit etiam templum & oppidū Peterlingen, & paterna bona ijs in locis huic Ecclesiæ dono dedit. Palonensem uerò Ecclesiā S. Sigoni cōmendauit. Eo tempore ijs in partibus Gonthramus rex Burgūdiæ præ erat, qui Marium ob egregias uirtutes dilexit, & multis prædijs ac priuilegijs decorauit. Cum hoc modo per decem circiter annos Auenticorum, & per undecim annos Losannensis præful extitisset, anno æta tis 64. obiit, & Losannæ sepultus fuit. Huius successores ordine recēsebimus.